

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Amplificationes Ciceronianæ discutiuntur. Ac primum auaritia, & ambitio  
P. Rulli exaggeratur per congeriem partium, atque effectorum, & per  
anaphoram tractatur. Capvt XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Locorum  
cognatio.

Nam si diligentius perscruteris, omnes penè omnibus locos locis, & figuris figuris illigatas, atque intextas repeteris; Sed hoc in varijs argumentis. Itaque videndum est in hac potissimum, quid materia ratio patiatur, aut admittat, videtur certe iij primum loci, qui essentiam rei magis spectant nelius coniungi, vt definitio, genus, species, causæ, partitum enumeratio. Deinde antecedentia, consequentia, adiuncta, similitudines, contraria, &cæt, id genus.

Inter figuras aliae pertinent ad conformatiōnem imaginum, descriptionemque rerum, aliae ad probationem argumentorum, aliae ad exhilarandam orationem, aliae ad succendendam, quæ vero sunt eiusdem generis coniunguntur, quanquam ad varietatis illecebram, aliae alijs insuper adduntur, tam diuerso concetu, vt difficile sit in hac re certum aliquid definire.

Iuvat tamen aliqua exempla ex Cicerone potissimum legere, quibus conformatiōnem illam locorum, & figurarum in amplificatione cognoscere, atque annotare possis.

Amplificationes Ciceronianæ dis-  
cutiuntur.

Ac primum avaritia, & ambitio P. Rulli exaggeratur per congeriem partium, atque effectorum, & per anaphoram tractatur.

## CAPUT XXIV.

*De lego A-*  
*grar. contra*  
*Rullū 97.*  
*& 98.*

**H**AEC tu. P. Rulle M. Bruti sceleris vestigia, quam monumenta maiorum sapientiæ sequi maluisti. Hæc tu cum isti suis actoribus excogitasti, vt vetera vestigalia venderetis, & exploreretis noua. Vibi Capuam ad certamen dignitatis opponere vis, vt sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem, urbes, nationes, prouincias, liberos, populos, Reges, terrarum denique orbem subiungretis, vt cum omnem pecuniam ex æstrio exhaustissimis, ab omnibus Regibus, gentibus, Imperatoribus nostris coegeretis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent, vt iudem partim inuidiosos agros à Syllanis possessoribus, partim desertos, ac pestilentes à vestris necessarijs, à vobis meti-

psis emptos, quanti velletis. P. Romano indiceretis: vt omnia municipia, coloniasque Italiae nouis colonis occuparetis, vt quibus cunque in locis vobis videretur, ac quam multis videretur colonias: vt omnem rem publicam, vestris militibus, vestris urbibus, vestris praesidiis cingeretis, atque oppressam teneretis, vt ipsum Cn. Pompeium, cuius praesidio, sapissime populus Romanus contra acerrimos hostes, & contra improbissimos ciues vicit, extiterit, proscribere, atque horum conspectu priuare possetis, vt nihil auro, & argento violari, nihil numero, & suffragijs declarati, nihil elata manu perfringi posset, quod vos non oppresstis, atq; exceptum teneatis, vt voluntatis interea per g̃etes per regna omnia cum imperio summo, cū iudicio infinito, cum omni pecunia, vt veniretis in castra Cn. Pompeij, atque ipsi castra, si commodum vobis esset vendereis, vt interea magistratus reliquos, legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo petere possetis, vt nemo ad populum Romanos adducere, nemo producere, non senatus cogere, non Consul coēcere, non tribunus pleb. retinere possit.

Iam cuius facilè est istius amplificationis Notatim  
artificium intueri. Primum constat rebus, artificiis  
& magnis, & multis, quæ in personis, & negotijs sita sunt. Videntur ut breuissime Rulli  
avariciam, circa vestigalia, Capuam, ærarium,  
prouincias, agros Syllanos, oppressionem  
virorum fortium, & cæt. notauit magna orationis  
volubilitate, hæc pertinent ad luyas.  
Quæverò verbis dūtaxat augent ius, iurisdictionem,  
potestatem, urbes, nationes, prouincias, liberos,  
populos, Reges, terrarum denique orbem.  
Hæc sp̃ellant ἀνέγειρον forsan, uno verbo Demosthenes dixisset terrarum orbem. Sed hic  
Ciceronis modus plurimum valet ad illam  
adipalem, quam fouebat eloquentiam innuendendam.

Sequens modus multum est in ἀνέγειρον quippe  
uno verbo, cum vellet dicere præcepit fuisse Na-  
tum consilium per sermocinationem, & adnotatio-  
ita subiicit pro Quinto num. 53. vadit  
Cum iussamiciiæ, societatis, affinitatis a-  
geretur, cum officijs rationem, atque existi-  
mationis duci conuenire, eo tempore, tu non  
modo, aut C. Aquilum, aut L. Lucullum,  
sed ne ipse quidem, te consuluisisti, sed ne  
psequidem ad te retulisti, ne hæc quidem  
locutus es. Horæ duæ fuerunt. Quintus ad

vadimonium non venit: quid ago? respiret  
cupidas, atque avaritia, paululum: aliquid  
loci rationi, & consilio dedisses: tu te collegis-  
ses, non in eam turpitudinem venies, ut hoc  
esset tibi apud tales viros confitendum, qua  
tibz vadimonium non sit obitum eadem te  
hora consilium cepisse hominis propinquus  
fortunas funditus cuertere.

Hæc verbosior est amplificatio, popularis  
tamen, & ad motum efficax. Eiusdem generis  
est ista num. 188. pro Cluentio p. 674.

Quod hoc portentum, Dij immortales! quod  
tantum monstrum in illis locis, quod tam in-  
festum scelus, & immane, aut unde natum es-  
se dicam? Iam enim videris profecto, iudices,  
non sine necessarijs me, ac maximis caussis,  
principio orationis meæ de matre dixisse, ni-  
hil est enim mali, nihil sceleris, quod illa ab i-  
nitio filio noluerit, optauerit, cogitauerit, ef-  
fecerit.

*Amplificatur Sæcia libido num. 12. pro  
Cluentio.*

#### CAPUT XXXV.

**C**VM essent hæc nuptiæ, plenæ dignitatis,  
plenæ concordiæ, repente est exorta mul-  
lieris importunæ nefaria libido, non solum  
dedecore, verum etiam scelere coniuncta. Nā  
Sæcia mater huius Auiti (mater enim ame no-  
minis caussa, tametsi in hunc hostili odio, &  
cruelitate est, mater inquit appellabitur)  
neque vñquam illa ita de suo scelere, & im-  
manitate audiet, vt naturæ nomen amittat.  
Quo enim est ipsum nomen amantiū, indul-  
gentiusque maternum, hoc illius matri, que  
multos iam annos, & nunc cum maxime fi-  
lium interfecit, singulare scelus, ma-  
iore odio, dignum esse ducetis. Ea igitur Hab-  
biti Melini istius adolescentis, generi sui,  
contra quem fas erat amore capta. Primo, ne-  
que id ipsum diu quoquo modo poterat in il-  
la cupiditate continebatur. Deinde illa flagra-  
re caput amictia, sic inflammata ferri libidi-  
ne, ut eam non pudor, non pudicitia, non pie-  
tas, non macula familiæ, non hominum fa-  
ma, non filii dolor, non filiæ mœror à cupiditate  
retocaret. Animum adolescentis, nondū  
consilio, ac ratione confirmatum, pellexit ijs  
omnibus rebus, illa artas capi, ac deliniri po-  
test, filia, quæ non solum illo communi do-

lore muliebri, in eiusmodi viri iniurijs anger-  
etur, sed nefarium matris pellicatum ferre  
non posset, de quo ne queri quidem sine sce-  
lere se posse arbitraretur, ceteros sui tanti  
mali ignaros esse cupiebat, in huius aman-  
tissimi sui fratri manibus, & gremio,  
& mœrore, & lachrymis consenseret. Ecce  
autem subitum diuortium, quod solatium  
omnium malorum fore videbatur. Discedit à  
Melinu Cluentio: vt in tantis iniurijs, non in-  
uita: vt à viro non liberter. Tum vero illa e-  
gregia, ac præclara mater, palam exultare læ-  
titia, ac triumphare gaudiocepit, viætrix filiæ  
non libidinis. Itaque diuinus suspicioni-  
bus obscuris lædi famam suam noluit: lectum  
illum geniale, quem biennio ante filiæ suæ  
nubenti strauerat in eadem domo sibi ornari,  
& sterni, expulsa, atque exturbata filia, iubet.  
Nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis  
auctoriis functis omnibus omniū. O mu-  
lieris scelus incredibile, & præter hanc unam  
in omni vita inauditum lō libidinem effrena-  
tam, & indomitam! o audaciam singularem,  
non timuisse si minus vim Deorum, homi-  
numque famam, ad illam ipsam noctem, fa-  
cesque illas nuptiales? non limen cubiculi?  
non cubile filiæ? non parietes denique ipsos,  
superiorum testes nuptiarum. Perfregit, ac  
prostravit, omnia cupiditate, ac furore, vicit  
pudorem libido, timorem audacia, rationem  
amentia.

Animaduerte in hac tota narratione fin-  
gulare grandis illius, & exaggerata eloquen-  
tia artificium, primum rem improbam, & superior  
funestam narraturus, incipit à commemo-  
ratione honorum, quæ antecesserant, quo res. *amplifica-  
tio.*

*Cum essent ha nuptia plena dig-  
nitas. Deinde, quam ingeniosa illa paren-  
thesis. Sæcia mater huius, mater enim à me  
nominis caussa. Mox rem præderentim expli-  
cat seruatis *hōs* legibus. Primum amar Sæ-  
cia, deinde flagrat. Tertio tota inflammatur,  
& ha flammæ exaggerantur à contrarijs: Ma-  
gnæ proœul dubio fuerunt, quæ pudorem, pu-  
dicitiam, pietatem, metum dedecoris, homi-  
num famam vicerunt. Hæc enim istius libidi-  
nis fræna solent esse valentissima. Dein ad-  
iuncta in persona filiæ illustri *hōnois* expri-  
muntur. Sed hæc tantum præludia: Quid, quo-  
modo attollitur sequens oratio.*

*Tum vero illa egregia, ac præclara mater, &  
viætrix filia non libidinis, quam dixerit appo-  
situm inualescit adiunctis lectum illum geniale.*

E c quens